



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118588

§. 28. Comitia pro Ferdinando in Cæsarem agnoscendo Francofordiæ
celebrata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66800)

Sæenl. XVI.
A.C. 1558.

in acceptis referre tenebatur, insuper sibi fat compertum habebat, quod Galliarum Rex illam Romæ tanquam spuriam declarari, totis viribus niteretur, eo fine, ut Angliæ Regnum ad Scotiæ Reginam devolveretur. Denique cum Gallis, Scotisque bello implicita nullum alium Principem præter Philippum Regem armorum societate sibi junctum habebat: quapropter hujus Principis benevolentiam sibi certam reddere, e re sua erat, ut tamen haud ulterius ab eo ad ineundum matrimonium sollicitaretur, novam in Anglia reformationem inducere festinabat, probe enim prospexerat, quod Philippus illam, si regnum suum hæresis veneno infectura esset, importunis precibus fatigare desisteret.

§. XXVIII.

Comitia pro Ferdinando in Cæsarem agnoscendo Francofordiæ celebrata.

Thuan. hist. Interea die vigesima quarta Februarii
l. 21. Sancto Matthiæ sacra hoc anno Fran-
Heiff. hist. de cofordiæ in Germania celebrabantur
l'Emp. l. 3. S. R. Imperii comitia, ut in iis Ferdi-
p. 410. nandus Romanorum Rex tanquam Im-
perator salutaretur; ab eo enim tempo-
re, quo Carolus V. ejusdem frater in
illius

illius favorem sese Imperio abdicaverat, nondum ut Cæsar agnoscebatur. Itaque Arausiacæ Princeps, Seldus, & Hallerus Caroli V. Oratores præstituta die secum deferentes cessionis diploma ad hæc comitia venerunt, atque una omnes circa illud per plures dies deliberarunt, tandemque communi omnium consensu hanc abdicationem ratam habuerunt: Itaque ex omnium sententia die decima quarta Martii Ferdinandum in Cæsarem inaugurari curarunt. Erigebatur ergo in medio fori majoris tentorium, ad quod per gradus ascendebatur, eratque illud stragulis, ac tapetibus aureis, & holosericis instructum, quo Ferdinandus die condita imperialibus ornamentis amictus comparuit, folioque præparato consedit. Postea omnes S.R.I. Electores, cum magna equitum turba stipati, & prælatis de more vexillis ter circum Imperatoriam sellam equitassent, inter magnos tubicinum clangores interea concinentes, una omnes equis defiliunt, ordineque suo sedentem Cæsarem adeunt, & in genua provoluti jurejurando fidem, obsequiumque addicunt.

§. XXIX.

Legatus a Ferdinando in Cæsarem electo ad Papam decretus.

D 5

Per-

Sæc. XVI.
A.C 1558.